



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

Henricvs Sommalivs Pio Lectori S. P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

# HENRICVS SOMMALIUS

PIO LECTORI S. P.

**I**N castigando toto opere Thomæ à Kempis, viri tum docti tum religiosi, planè mihi usu venit, quod Plinius de quibusdam pictoribus statuarijsque refert. Veteres namque pingendi fingendique artifices nobilissimi, suis operibus tametsi absolutissimis (quæ proinde omnis posteritas demirata est) titulo appenso, hunc in modum inscribebant: Apelles faciebat, vel Polyclætus, non autem Fecit. Qua in re, sua opera quidem esse aliquo modo, non autem omni ex parte perfectæ, indicare voluerunt. Si quid tamen in ijs desiderari posset, se emendaturos, modò per vitam liceret. Etenim vnicus est ac solus: ecquis ille? Deus Opt. Max. qui sic vniuersa opera sua complet, vt nec ab homine, nec ab Angelo quidem, quicquam ad perfectionem addi possit. Hoc ipsum Moyses, vir ille Deo familiarissimus, indicare videtur, quando fabricæ huius vniuersi hanc tabellam appendit, Creauit, fecit.

Plinius in  
præfatio-  
ne Naturæ  
historiæ.

Gen. 1.

2. Equidem dedi operam, vt ad autographa, ferè omnia Thomæ à Kempis opera, iam pri-  
† s mum



mum à me tertia ex parte aucta, & verò casti-  
 gata exirent in vulgus. Ceterum, dum singula  
 denuo ad autographa reuocaui, atque etiam  
 expendi, nonnulla ad integritatem deesse com-  
 peri. Dicam itaque cum Apelle, (neque enim  
 verebor) dicam cū Polycleto liberè, Faciebam.  
 Gaudeo verò, imò gratias Deo longè maximas  
 habeo, quòd mihi ante mortem, tum valetudi-  
 nem, tum etiam tantillum otij concesserit, ut  
 ea oportunè supplerem, quæ in prima editione  
 defuerunt. Quantum verò opera quantòsque  
 labores impenderit, solus nouit quem cupio in  
 cælis habere mercedem locupletissimam.

a D. Amb.  
 l. 6. Hexa-  
 mer. c. 4.  
 Et Plinius  
 l. 10 Nat.  
 hist. ca. 36.  
 Itē Virg.  
 lib. 2.  
 Georg.  
 b Cælius  
 Rhodig. l.  
 20. Anti-  
 quarum  
 lectiōnū,  
 c. 3. Item  
 Osorius  
 in con-  
 cione de  
 D. Matth.  
 Apost. &  
 Euang.

3. Ego itaque a vrsam imitatus (quæ catu-  
 los suos informes, frequenter lambendo expo-  
 lire atque efformare consuevit: ) quin etiam b  
 struthionem (quæ non incubando, sed fixis ocu-  
 lis oua diu multumque intuen-  
 dit;) tam sepe autographa vidi, legi, reuolui,  
 & cum priori editione tam sedulò contuli:  
 adeò ut sperem me ad eam perfectionem om-  
 nino castigationem adduxisse, ut meritò ani-  
 mo conquiescere debeam. Vale in Christo, mi  
 Lector Candide, & fruiere nostro labore inco-  
 lumis.

Quæ